



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

99 Q[ue] Et In Proxime Habitis VVormaciae Comicijs, de hactenus
memoratis grauaminibus, tractatum siet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

cis, iuxta cuiusq; fortunam ac facultates, mediocriter protin-
deri debet, vt habeāt, vnde commode in monasterijs viuere
possint. Ea tamen lege, eo pacto & conditione, vt omnibus
hæreditatibus, omnibusq; parentum, fratrum, sororum, co-
gnatorum coheredum, ac quorumcūq; aliorum successiōis
bus renuncient, in animumq; nequaq; inducant suum, se in
posterum hereditario iure quicq; nedum sperare, tantū abest
vt consequi se posse putare queant. Idemq; cum his, qui iam
olim religiosorū regulis sese subiecerunt, fieri a Sacri Roma,
Imperij Statibus, & petitur, & censetur.

Q ET IN PROXIME HABITIS VVORMACIAE
Comicijs, de hætenus memoratis grauaminibus, tractatum
fiet.

99 Potior item pars, hætenus enumeratorum articulorum,
Romanam Sedem, Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos,
Officiales, Ecclesiastica consistoria, cæterasq; ecclesiasticas
personas concernentium Cæsareæ Maiestati in proximo Prin-
cipum ac Procerum VVormaciæ celebrato conuentu, a laicis
Imperij columnis & Statibus, in scriptis, non sine suppli-
cibus oblata est precibus, quo prædicta grauamina, æquitas
te, necessitateq; ita postulantibus aboleat, atq; e medio peni-
tus tollat. Quod ipsum non clam Archiepiscopis, Episcopis,
reliquisq; ecclesiasticorum Statibus, in prædictis Comicijs
factum est. At hucusq; nihil vel immutare, vel emendare ce-
perunt. Eam ob rem sæculares Imperij ordines, necessario,
urgentibusq; ex causis adacti sunt, Papali Sanctitati supra
memorata, ac non amplius ferenda onera, prout sua Sancti-
tas, clementi Christiano, planeq; paterno animi adfectu fie-
ri petijt, indicare, atq; suppliciter rogare, quo prædicta graua-
mina sua sanctitas emendet, atq; e medio tollat.

100 Plura adhuc grauamina ob oculos versantur, in-
dicatu maxime necessaria, quæ tamen breuis
tatis gratia obmittuntur.